



Servio,  
Commentarii  
in Vergilii Aeneidos  
libros V

Virg. Aen. V 39-48



# Virg. Aen. v.39-48

---

quem genuit. veterum non immemor ille parentum

gratatur reduces et gaza laetus agresti

excipit, ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat

clara dies, socios in coetum litore ab omni

advocat Aeneas tumulique ex aggere fatur:

ˆDardanidae magni, genus alto a sanguine divum,

annuus exactis completur mensibus orbis,

ex quo reliquias divinique ossa parentis

condidimus terra maestasque sacravimus aras;

39. NON INMEMOR [[**litotes** figura.]]

40. GRATATVR [[quidam *gratatur* non **gratulatur**, sed **laetatur** accipiunt, ut, quod ad Troianorum votum pertinet, **miseretur** ad Siciliam reversos, quod ad suum animum, **gaudeat**. **Pacuvius** in *Hermiona* hic verbum posuit: *ibo atque dicam, frequentes ut eant gratatum hospiti, Accius Pelopidis nec tibi me in hac re gratari decet*. Quidam tamen reprehendunt quod penitus non dederit verba *Acesti* gratulanti. ]]

REDUCES salvos : alibi (I 397) *ut reduces illi ludunt*.

GAZA AGRESTI opibus rusticanis: nam gaza omnis fructus est.

42. STELLAS FUGARAT poetice dixit: nam si stellae a stando dictae sunt, non fugantur; semper enim fixae sunt praeter planetas. [[et est **indicativus** modus pro **coniunctivo**: cum fugasset tempestates.]]

43. CLARA DIES [[ad conparationem.]]

44. ADVOCAT AENEAS [[proprie enim **advocata contio** dicitur.]]

45. DARDANIDAE MAGNI frequenter, ut diximus, ad opus suum Vergilius aliqua ex historia derivat: nam sic omnia inducit, quasi **divini honores** solvantur Anchisae, quos constat Iulio Caesari tribuisse Augustum. et bene dicit *genus alto a sanguine divum*: nam per tacitam oeconomiam ostendit, debere Anchisen generis sui honorem mereri: unde est (IX 642) *dis genite et geniture deos*.

A SANGVINE DIVVM ‘divum’ et ‘deorum’ indifferenter plerumque ponit poeta, quamquam sit discretio, ut **deos** perpetuos dicamus, **divos** ex hominibus factos, quasi qui diem obierint: unde divos etiam imperatores vocamus. Sed **Varro** et **Ateius** contra sentiunt, dicentes divos perpetuos, deos, qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii Manes: quod tangit in duodecimo dicens (139) *diva deam stagnis quae fluminibusque sonoris/praesidet*.

46. ANNUUS ORBIS quia menses in sese recurrunt et annum faciunt: unde et annulus quasi annuus dictus. Sic alibi: *atque in se sua per vestigia volvitur annus.*

47. DIVINI aut **laus** est, ut divini opus Alcimedontis: aut re vera ‘divini’; nam ait (VII 122) *genitor mihi talia namque, nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit.* [[Multa enim antiqua lectio Anchisen **futurorum scientem** concelebrat. Out ‘divini’ id est **dei**, quia apud Romanos defunctorum parentes dei a filiis vocabantur.]]

48. MAESTAS ARAS [[aut ipsi maesti; aut]] medium se praebet: nam et **hominem** fuisse novit, et vult eum ex consecratione **numen** effectum; nam ‘maestas aras’ ad hominem pertinet, id est diis manibus consecratas, et quod paulo post dicit (93) *altaria liquit* vult esse divinitatis post apotheosin, [[posteaquam deus confirmatus est]]: unde est et (84) *adytis*, quae templorum sunt, et (93) *successit tumulo*, quod est hominis.

# Annibal Caro

---

quem genuit. veterum non immemor ille parentum

gratatur reduces et gaza laetus agresti

excipit, ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat

clara dies, socios in coetum litore ab omni

advocat Aeneas tumulique ex aggere fatur:

‘Dardanidae magni, genus alto a sanguine divum,

annuus exactis completur mensibus orbis,

ex quo reliquias divinique ossa parentis

condidimus terra maestasque sacravimus aras;

60. fiume onorato figlio. Ei degli antichi suoi parenti membrando, con gioioso volto, se ben con rustico apparecchio, gl’invita, gli riceve e gli consola.

Era de l’altro dì l’aurora e ’l sole già fuor de l’onde, allor che ’l frigio duce, convocati i suoi tutti, alto in un greppo  
65. posto in mezzo di lor così lor disse:

Generosi e magnanimi Troiani, degna prole di Dardano e del cielo, questa è l’amica terra, ove oggi è l’anno ch’a le sante ossa del mio padre Anchise  
70. demmo requie e sepolcro, e i mesti altari gli consecrammo. Oggi è, s’io non m’inganno,

# Vittorio Alfieri

---

quem genuit. veterum non immemor ille parentum

gratatur reduces et gaza laetus agresti

excipit, ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat

clara dies, socios in coetum litore ab omni

advocat Aeneas tumulique ex aggere fatur:

‘Dardanidae magni, genus alto a sanguine divum,

annuus exactis completur mensibus orbis,

ex quo reliquias divinique ossa parentis

condidimus terra maestasque sacravimus aras;

**Del gran Crimiso fiume. Ei, del suo prisco  
Sangue memore appieno, ai Teucri incontro  
Scende ammantato di selvagge spoglie  
Di Libica orsa, e d'armi irto e di dardi.**

**Del lor ritorno allegrasi, e gli accoglie  
Con rozza sì, ma gioviale, pompa,  
Alleviando con ospita mano  
La lor stanchezza. — E già il seguente Sole  
Dal balzo d'Oriente saettava,  
Quando i suoi Teucri Enea da tutto il lido  
Convocando, dall'alto a lor favella:  
Dardani; stirpe di sublimi Duci,  
Compie omai l'annuo giro, da che albergo  
Demmo sotterra ai freddi amati avanzi  
Del divin padre mio; da che gli ergemmo  
I mesti altari; e già il funesto sempre,**

# Alessandro Fo

---

quem genuit. veterum non immemor ille parentum

gratatur reduces et gaza laetus agresti

excipit, ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat

clara dies, socios in coetum litore ab omni

advocat Aeneas tumulique ex aggere fatur:

‘Dardanidae magni, genus alto a sanguine divum,

annuus exactis completur mensibus orbis,

ex quo reliquias divinique ossa parentis

condidimus terra maestasque sacravimus aras;

40 lo generò. Non immemore dei propri avi di un tempo,  
si allegra al loro ritorno e con le sue agresti ricchezze  
lieto stanchi li accoglie, e conforta di aiuto amichevole.

Quando col primo albeggiare aveva fugato le stelle,  
splendido, il giorno seguente, da tutto il lido i compagni  
chiama a raccolta Enea, e dal rilievo di un tumulo dice:

45 «Grandi Dardànidi, stirpe di un alto sangue di dèi<sup>3</sup>,  
lungo il passare dei mesi si compie il giro di un anno  
da che affidammo alla terra i resti e le ossa del padre  
mio divino, e a lui consacrammo are di lutto;

Robert A. Kaster, *Servius and Idonei Auctores*, The American  
Journal of Philology  
Vol. 99, No. 2 (Summer, 1978)

---

1. Chi sono gli “Idonei auctores” per Servio?

Auctoritas

2. Come vengono considerati in particolare i neoterici: Lucano, Stazio, Giovenale?

## Wessner

Idonei → antichi → titolo onorifico

Non idonei → neoterici → titolo  
denigratorio

## Kaster

Auctores antiqui, veteres: Virgilio, Cicerone, Plauto,  
Terenzio, Sallustio, Orazio

Auctores recentes, neoterici: Lucano, Stazio, Giovenale

Non è un elenco fisso, dipende dal problema da risolvere

Conflitto nell'uso di un termine tra i veteres

Recentes sono concordi con i veteres

*Recentes idonei*

## CONCLUSIONI

1. I poeti neoterici possiedono una loro *auctoritas* e vengono utilizzati a scopi didattici non diversamente da quelli antichi.
2. La selezione degli autori e il loro utilizzo necessita di ulteriori studi. I canoni della grammatica latina non erano monolitici e immuni da controversie e interpretazioni idiosincratiche.